



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

24. Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

vidit eos Deus in desideria, in immunditiam, ut
 contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.
 Qui commutauerunt veritatem Dei in menda-
 cium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturae po-
 tius quam Creatori. Hæc omnia tum illo in
 loco ad omnes omnino homines Beza perti-
 nere vult, tum hinc explicatius dicit, etiam om-
 nes regeneratos in eorū numero esse. Obseruet
 ergo Lector, quod imputatiua hæreticorum
 iustitia, non propter defectum & imperfe-
 ctionem iustitiæ nostræ, quæ totam legem non
 implet, & aliquo semper peccato contami-
 natur (ut alibi prætexere solent) sed propter
 summam turpitudinem & impietatem in
 omnibus regeneratis adhuc manentem, ab il-
 lis statuitur. Sic quicquid alibi de fructibus
 & notis iustitiæ & gratuita filiorum Dei obe-
 dientia, quasi finali causa iustificationis no-
 stræ per Christum disputant (ut accuratè do-
 cet Calvinus in Harmonia) nihil aliud esse
 intelligere debemus quàm ad populū phale-
 ras, fucū quendam, & hypocrisim ad Epicu-
 ream doctrinam, quam animis fouent, (de
 summa omnium & singulorum turpitudine
 & impietate) quoquo modo contegendam.

Imputa-
 tiua hæ-
 reticorū
 iustitia cū
 summa
 impietate
 consistit.

In cap. 1.
 Lucæ ver-
 73.

24. Iustificati gratis per gratiam ipsius, &c.

Horum temporum hæretici ex his verbis
 minime intellectis, aut certè studio de-
 prauatis, impiè docent, omnem nostram in
 hac vita iustitiam nihil aliud esse, quàm gra-
 tuitam

Imputati-
 ua iusti-
 tia.

I tuitam

tuitam imputatione redemptionis per Christum facta, eiusque sanctitatis & iustitiae quae in Christo erat, nobis eam fide apprehendimus. ut iustificari gratis hoc loco sit, habere perpetuam iustitiam coram Deo plane gratuitam, sine vilo vnquam opere nostro, quae iustitiam conferat; gratia vero sit fauor Dei, nos acceptans propter redemptionem, id est remissionem peccatorum perpetuam per Christum semel factam, mediante fide nostra in Christum, eiusque mortem ac sanguinem. Sed toto caelo errant, seque ipsos & alios toto caelo excludunt. Nam iustificari hoc loco significat, non iustos coram Deo censer, ut Calvinus hic negatur, sed reconciliari Deo & primam iustificationem, per quam ex impio homo fit iustus, consequi. *Omnes peccauerunt* (ait Paulus) *& eg. ut gloria Dei, iustificati gratis.* Loquitur de Gentibus & Iudaeis nondum in Christo iustificatis. In hac prima iustificatione & remissione peccatorum, simulque interna renouatione, iustificamur gratis, sine praecedentibus bonis operibus quae aliquid mereantur ad hanc consequendam iustificationem, sed non sine legitima per actus multarum virtutum dispositione: non sine fide (ut ipsi docent haeretici) non sine charitate, spe veniae poenitentia, & similibus actibus ex speciali & praeuiente Christi gratia procedentibus. Sic haec verba Pauli exponit *Epist. 105.* Augustinus: *Vt iusti fierent homines, me ita non fuerant.*

Iustificatio merè gratuita, est prima reconciliatio cum Deo.

fuert: iusti enim facti sunt cum iustificati sunt: sed, sicut dicit Apostolus, iustificati gratis per gratiam ipsius. De huius gratie commendatione maxime ad Romanos Apostolica epistola loquitur. Ea est enim gratia iustificatur impius: id est, fit iustus qui prius erat impius. Hæc ille. Porro gratiã Dei exponit S. August. non fauorem Dei externum, & acceptatione quandam, vel, vt Calvinus fingit, ipsius Christi communicationem cum ea quæ in ipso erat iustitiã nobis imputanda, sed prorsus donum internũ virtutum à Deo infusarum, quibus formaliter iusti sumus.

Vnde in eadem epist. 105. Nemo iustificatur nisi gratia Dei, non solum remissione peccatorum (vt volebant olim Pelagiani, volūt & hodie hæretici) sed prius inspiratione fidei & timoris Dei.

Rursum alio in loco: Istam gratiam qua iustificamur, id est, qua charitas Dei infunditur in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis, in Pelagij scriptis numquam legere potui. Hæc ille.

Sic nec in hæreticorum hodie scriptis illam gratiam vnquam legi. Iterum alio in loco:

Iustificati gratis per gratiam Christi, eua gratia in interiore homine renouato iustitia scribitur, quam culpa deleuerat. Et adhuc apertius eodem in libro: Iustificati gratis per gratiam ipsius, quia nec per legem nec per propriam voluntatem iustificamur (scil. vt causas iustificationis nostræ, eam per modum meriti præcedentes) sed per gratiam Christi, quia etsi sine voluntate nostra non fiat (qua videlicet excitanti & oblatæ gratiæ assenti-

mur)

mur) tamen sanat prius gratia voluntatem (id est, nouas illi vires tribuit) vt sanata voluntas impleat legem. Hæc ille. Sententia igitur Apostoli hæc est: Omnes egent gloria Dei, iustificati seu ex impijs iusti facti, gratis absque vllō merito suo, non ex operibus quæ fecimus nos, sed per gratiam ipsius nos intus renouantem, quæ potissimum charitas est, diffusa in cordibus nostris, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, propter meritum redemptionis factæ per Christum, quæ est causa gratiæ nobis collatæ. Non enim dum fuit Spiritus datus, quia nondum fuit Iesus glorificatus. Per fidem in sanguine ipsius, id est, mediante fide in passionem & mortem Christi, non quia illa fides est verbo concepta, sola formalis (vt Calvinus loquitur) seu instrumentalis causa, sed quia non nisi credentibus in Christum datur illa gratia Dei intus renouans atque iustificans. Et hoc totum ad ostensionem iustitiæ suæ, vel quam Deus exegit ad iustam redemptionem nostram, (vt præclare ostendit August. de Trinit. lib. 13. cap. 13. & seqq.) si ad postremum verbum, de sanguine Christi respexit Paulus; vel qua alios iustos facit, sicuti dici solet ostensio quædam diuitiarum, qua per hominem diuitem alij ditantur, si ad totam præcedentem sententiam Apostolus respexit. Sed priorem sensum sequentia in Paulo verba magis insinuant: In sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, non parcens filio suo,

Tit. 3.

Ioan. 4.

& iusti
& par
res: v
rinc fil
27 Ex
ru
M
quæ o
fidem
gloriat
iustiti
Hæc il
Nec n
Euang
eredide
vt imp
omni d
ne, si
implet
quæ iu
à nobi
stagi
efficia
pias
S. Au
concep
itur
dei no
quid e
& m

& iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi: id est, & pariter misericors in iustificando credentes: ut sic misericordia & veritas obuiauerint sibi, iustitia & pax oscularæ fuerint. psal. 24. 14.

27 Exclusa est gloriatio tua, non per legem factorum, sed per legem fidei.

Multum placuit hic locus hæreticis, qui intelligunt legem operum esse illam quæ opera præcipit, legem fidei esse illam quæ fidem præcipit. Quum igitur lex fidei omnem gloriationem de iustitia excludat (ait Calvinus) iustitia operum cum iustitia fidei sociari non potest. Hæc ille Institut. libro 3. cap. 11. num. 13.

Nec multò aliter Beza: Lex fidei, id est, doctrina Evangelica, quæ salutem proponit sub conditione, si credideris, quam conditionem Dominus gratis dat ut impleri possimus; opponitur legi operum, id est, omni doctrinæ quæ salutem promittit cum conditione, si omnia feceris, quam vnus Christus pro nobis impleuit. Illa igitur omnem gloriationem tollit, ut potest quæ iustitiam, ac proinde salutem non acquirendam à nobis, sed ab alio nobis questam donet, id est, vnum flagitet, ut donatam velimus fide recipere, demique efficiat ut velimus. Sed contra peruersas & impias hæc Apolloli corruptiones sic disputat S. Augustinus: Lex factorum ipsa est quæ dicit, Non concupisces, quia per illam est cognitio peccati. Volo igitur scire si quis mihi dicere audeat, verum lex fidei non dicat, Non concupisces. Si enim non dicit, quid causa est cur non in ea positi securi atque im-